

simam naturarum unionem, earundemque propri-
tatum κοινωνίαν demonstrandam, à Mixtionis
vocabulo non abhorruerunt, ut videre est apud
Nazianzenum exclamantem, ὡ τῆς καινῆς μί-
ξεως, ὡ τῆς παραδόξου κρᾶσεως: Et Epiphani-
us, dicentem τὰ δύο κρᾶσεως εἰς ἓν: Item apud Cy-
prium l. 3. c. 21. Irenaeum l. 4. cap. 37.

Naz. Con.

εἰς τὰ γενέ-
θλια.

Epiph. in

Ancorato.

111. Post Eutychis tamen certamen, qui sub hoc
vocabulo erroris sui querebat latibulum, visum
fuit Ecclesiae à vocabuli hujus usu deinceps absti-
nere, & alijs magis commodioribus ad explican-
dum hoc mysterium uti.

112. Falsis istis modis, quippe plenis periculo-
sissimorum errorum atque haesum, rejectis, fre-
ti S. literarum praesidio talem naturarum in Chri-
sto, divinae & humanae, unionem factam esse as-
serimus, qua λόγος sive Filius Dei, qui ante In-
carnationem ab aeterno perfecta fuit ὑπόστασις
sive persona, naturam humanam, corpore qui-
dem & anima rationali constantem, sed quae per
se nunquam Persona vel fuit vel erit, in ὑπόστα-
σεως suae unitatem assumpsit: ut licet perpetua
maneat naturarum diversitas: non tamen duae vel
duplex sit persona: sed unus Christus, & unum
ὑφιστάμενον, in quo ita ἀχωρίσως, ἀδιαρέ-
τως, ἀσυγχύτως, ἀδιασάτως duae naturae
sunt copulae, ut non modo in omnes aeternitates
ab invicem non sint separandae aut divellendae, aut

Q

una